



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 36. Ravecheti Syndici malæ artes & seditiosi ausus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII. Doctorum Scholas utpote venenatis do
 A. C. 1716. cstrinis infectas frequentarent; imo To
 loniensis Episcopus de la Tour Du Pin
 de Montauban die decima quarta Marti
 decretum edidit, vi cuius declaratur
 quod nullum, qui in Schola cujusdam
 Magistri, qui Constitutionem non ac
 ceptavit, aut acceptationi factæ ob
 stit, studiis vacaverit, ad Statum Ec
 clesiasticum aut ad S. Ordines admitti
 rus esset.

§. XXXVI.

Ravecheti Syndici malæ artes, seditionis ausus.

Lafiteau l. c. Indies magis creverat projecta ad om
 Temoinage né facinus Ravecheti Syndici au
 de l'Eccl. dacia; hujus enim impulsu inquiet
 D'Espagn. Doctores die quinta Februarii hos vi
 pag. 310. ginti duos Magistros, qui sese conclusi
 oni opposuerant, e comitiis suis ex
 cluserunt, jactato obtentu, quod in
 sua oppositione graviorum Doctorum
 modestiam injuriosis verbis offendiscunt.
 Die autem prima Aprilis Ravechetus
 Syndicus Toloniensis Episcopi decre
 tum tanquam scandalosum, schismati
 cum, & calumniosum in Facultatis con
 fessu denuntiabat, habito prolixo ser
 mone, quem typis imprimi jussit. Vi
 cissim vero Episcopus hanc Syndic
 orum

orationem, tanquam falsam, temera- Sæc. XVIII.
 riam, scandalosam, Ecclesiæ injuriam, A. C. 1716.
 & non modo privatis hujus Regni Epi-
 scopis, sed toti etiam Episcopatus Or-
 dini & legitimis Potestatibus profanis
 contumeliosam, pacis inimicam, schis-
 maticam, hæresi proximam, imo, si
 in sensu, quod deinceps nulla Consti-
 tutioni subjectio deberetur, hæreticam
 damnavit: His tamen minime terreba-
 tur Syndicus. sed insuper, ut suæ per-
 vicaciæ plures sibi conciliaret socios,
 portentosa impudentia in vulgus spar-
 gebat, & publicis novellis inferi cura-
 bat, quod plures, nobilioresque Ger-
 maniæ & Hispaniæ Universitates Bul-
 lam *Unigenitus* repudiassent, ac reje-
 cissent. Hæc ubi Salmanticensis
 Academia de se in Galliis spargi inau-
 dierat, confessim ea ad Cardinalem
 Rohanium die decima nona Augusti
 querulas hasce dedit literas:

„Nunquam luculentior Princeps
 „Eminentissime, apparuit vis solidæ,
 „veræque virtutis, quam modo in te
 „uno, cum nostra hæc Salmanticensis
 „Academia, tam longo terrarum intex-
 „vallo disjuncta, valde sollicita est, ut
 „bene apud te audiat. qui Religionis,
 „Sapientiæ, nobilitatisque vero mo-
 „mine, & fama totum Orbem imples.
 „Quidni? si veterator ille magnus, hu-
 „mani

Sæc. XVIII. „mani generis sempiternus hostis, qu
A C. 1716. „sexcentas quotidie artes, quibus cau
„publica lœdatur, suis Novatoribus in
„spirat, tam insignem calumniam ad
„versus Academiam istam per Europam
„diſseminat, ut haud immerito vere
„mur, ne nostri nominis infamia, ne
„ſtrique etiam imminutio honoris maxi
„ma consequatur. Eo enim calun
„niantium Novatorum proiecta imp
„dentia, ut cum Apostolicæ Sedi o
„ſtinatissimis animis resistunt ipſi, tu
„nos etiam criminis execrandi socio
„exoptent plurimum: imo & eſſe que
„que per Europam divulgant. Eo
„enim Amstelodamense rerum nova
„rum exedrion hæc typis mandavit
„Salmanticensem Academiam, ad qua
„traducta prius fuerat a Cardinale in
„quifitore constitutio *Unigenitus*, ista
„eandem constitutionem Theologorum
„omnium consensu repudiasse: pro
„pterea potissimum, quod illa sit a Po
„tifice, inconsultis insignioribus Ace
„demiis, formata: atque etiam divini
„Augustini & Thomæ doctrinam con
„demnet. Qui nuntii, quamquam fa
„cillime calumniis, imposturisque de
„prehendantur plenissimi ab his, qui
„Hispanorum in acceptandis divulgant
„disque Sedis Apostolicæ decretis mo
„rem cognoscunt; ſecus tamen ab his,
„qui

stis, q
 us cau
 ribus i
 iam ad
 Europam
 o vere
 nia, m
 ris max
 calun
 a imp
 Sedi o
 si, tu
 i socio
 esse qu
 . Eon
 n nov
 andavil
 ad qua
 nale in
 s. istan
 ogorum
 : pro
 a Pot
 s Ac
 'divin
 m con
 iam fa
 que de
 s, qui
 vulgan
 tis mo
 ab his,
 ,qui

„qui prorsus inscii sunt legum nostra- **Sæc. XVIII.**
 „rum, atque eæ quidem sunt ejusmodi **A. C. 1716.**
 „quæ maximam arguunt erga Aposto
 „licam Sedem Hispanorum obedien
 „tiam. Quippe Ecclesiæ quodcumque
 „Decretum non Academiis, Theolo
 „gisve committitur expendendum, (id
 „enim valde renuit eorum fidelitas)
 „sed generali solum Inquisitori, qui
 „nullo aliorum examine, nullisque ex
 „ceptis placitis, incunctanter illud in
 „populos omnes divulgat, präcipitque
 „ab omnibus fideliter observari. „

„Quæ cum ita sint, haud defue
 „runt tamen, vel intra Hispaniam no
 „stram, qui firmam adeo fabellis per En
 „ropam sparsis fidem prästiterunt, ut
 „vix possint, manifesta etiam veritatis
 „ostensione, ab ea, quam incaute in
 „duxerunt, persuasione detrudi. Vide
 „enim Princeps Eminentissime, quales
 „ad nos ultimis Tabellariis Madrito de
 „lati sint nuntii: nimirum Galliæ tuæ
 „virum prästantissimum, nobilitateque,
 „& prudentia ornatissimum, illic ad
 „maximi momenti negotia commoran
 „tem adeo esse in hac sententia, quod
 „constitutionem *Unigenitus* nos quoque
 „rejecerimus, obsfirmatum, ut optimo
 „rum consiliorum viri nobilitateque e
 „tiam präclarissimi, ab ea illum mente
 „minime potuerint deducere. Quare
 „liceat

Sæc. XVIII., licet malignitas calumniæ hujus,
A. C. 1716. que imposturæ non valde nostros afficiat,
 ceret animos, qui subsidia sibi ad omnibus casus ex optima conscientia qualiter runt; quia eo tamen spectare videntur pessimi Novatores, ut hujus Academiæ authoritate, & exemplis incalitos homines decipient, in suique personam niciem maximam impellant, duximus exhibito hoc veritati testimonio, in minenti animarum discrimini occurserere. Atque nobis id opportunum videtur, significationem ad istam instituere, Eminentissime Principes, qui cum veritatis amantissimis filiis, tum etiam nihil antiquius habebas, quam Apostolicæ Sedi jurato, specialiter hostes aversari plurimum.

Hujus rei, cum aliæ nobis passim, tum ea præcipue suppetit, observe turque confirmatio, quod SS. Dominus Noster Clemens XI. qui vigilans, tissime atque prudentissime Ecclesiæ gubernaculo præest, tuum erga Catholicam religionem Zelum, obediens, tiamque erga Apostolicam Sèdem singulararem, laudaverit maxime, obque navatam impigre operam in rem Ecclesiæ, speciales tibi suo diplomate egerit gratias. Quæ omnia, cum notissima cuique sint, tum nos mirabimur, sive delectant; qui ideo, cum ad præclarum

„clarissimos, atque illustrissimos Gal-
 „liæ tuæ præfules, atque etiam ad Sæc. XVIII.
A. C. 1716.
 „Collegium Sorbonicum scripserimus,
 „tum etiam eo ad te scribimus consi-
 „lio, ut veritatis conscius omnino, cer-
 „tiorque factus, nostræ huic Academiæ
 „impositam indignissime calumniam ab
 „omnium mentibus hominum tua au-
 „thoritate expellas.,,

§. XXXVII.

*Salmanticensis Universitatis querelæ
 ad summum Pontificem contra
 iniquos rumores contra se
 disseminatos.*

Cum autem eadem Universitas per-
 timesceret, ne insigni hac calum-
 nia Romam delata summus Pontifex Temoignage
 en faveur de
 La Bull.
 Unig. p. 298:
 sinistram opinionem de hujus Acade-
 miæ obfervantia, & erga S. Sedem ob-
 sequio conciperet, hinc die decima
 nona Augusti ad Clementem Papam
 literas ab undecim Doctoribus subscri-
 ptas hujus tenoris dedit:

Beatissime Pater!

„Quod constitutionem *Unigenitus* a
 „Sanctitate tua die 10. Septembris su-
 „perioris Anni 1713. opportunissime e-
 „ditam, Salmanticensis quoque Acade-
 „mia nostra suorum repudiaverit Theo-
 „logo-